



~~CH.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-27

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

St. Michael Aled

Trino uno aspirante;
THEMATA THEOLOGICA
HABEAT
DE SACRAMENTIS
in genere.

CONTRA PONTIFICIOS
& Calvinanos proponit

Ad disputationem XXVII in Collegio Studiosorum
Theologiae privato.

M. IOHANNES SCHRODERUS Treisensis Hassus.

Respondente

M. PAULO MOCHIO VVitebergensi.



VVITEBERGAE,
Literis VVolfgangi Meissneri.

ANNO CL. I. IVC.



*Nobilissimis
TRIBVS Politissimis,
Splendidissimis
Juvenibus Hassis*

GEORGIO RIEDESEL in Eysenbach.
REINHARDO HEINRICO à Erbach.
IOHANNI RUDOLPHO Schenck in Schweinsberg.

Honoris ergo συζήτησιν hanc nuncupat

*M. JOHANNES SCHRODERVS
Treisensis Hassus.*



DE SACRAMENTIS in genere.

THESIS I.

Vocabulum Sacramenti, quod à Sacro De appella-
descendit, est τολύτημον : itaq; prius oportet usum ejus tione.
cognoscere, à quo sæpen numero provehimur in rei per-
ceptionem.

2. Usus ejus duplex est : Civilis unus, Ecclesiasticus alter.
3. Civilis usus est, in quo veteres Sacramentum dixerunt pi. Vide Varr. gnus, in loco sacro apud Pontificem à litigantibus depositum, quod lib. 4. de lig. recepit, qui stetit, perdidit, qui causa cecidit. lat.
4. Civilis item usus est, in quo sumitur pro juramento. Qui si- gnificatus est frequentissimus. Vnde Cicero : Obligare aliquem se- cundo militiae Sacramento, qui priore amissio jure, cum hostibus pu- gnare non posset.
5. Ecclesiasticus usus, ad quem à Scriptoribus sacris translatum est, alias est Generalis, alias Specialis.
6. Usus generalis rursum duplex est. Unus, ex quo idem signifi- cat, quod Græcis μυστήριον, rem videlicet non quibusvis obviam, sed arcanam & secretā, sive ea indigitetur per signa, sive non. Tob. 12. Sacramentum regis abscondere bonum est. Apoc. 17. Ego dicam tibi Sacramentum mulieris.
7. Alter generalis usus est, de quo Augustinus ad Marcellinum loquitur : Signa cum ad res divinas pertinent Sacraenta appellan- tur. Vnde Lombardus Sacramentum definit rei sacræ signum. lib. 4. dist. 1.
8. Ejusmodi v. signorum varietas cum sit magna, Sacramen- tum quoque varietas magna inde existit, vocabulo ita generaliter sumpto.
9. Specialis usus Ecclesiasticus est, quando agitur de ijs signis, per quæ in Ecclesia Dei spiritualis dispensatur gratia. In quo usu vox Sa- cramenti est ὄγραφον.
10. Rursumq; accipitur vel Materialiter, vel Formaliter.

11. Materialiter, quando vel signum seu Elementum solum denotat : vel cum signo rem signatam, quam Augustinus rem Sacramenti vocat, simul.

12. Formaliter, quando definitur Actione.

An Sacra-
mentum de-
finiri possit. 13. Quod enim OKamus, Major, Richardus, Scotus, & alij Scholasti Sacramentum definiri posse negarunt ; quod unum per se non sit, in quo sint verba simul & res, tam permanentes, quam trans- euntes; non est hoc satis magni momenti.

14. Potest aliquid, quod Physicè est unum aggregatum seu unum per accidens, Theologicè & Politicè unum per se esse : Et hoc modo definiri. In Politicis exempla sunt Regnum, Civitas, Familia; in Theologicis Ecclesia, Iustificatio, Eleccio, &c.

Definitio Sa- 15. Sic quoq; Sacramentum, et si Physicè sit multa, Theologicè ta-
cramenti. men est unum, unum videlicet medium conferendæ spiritualis gratiæ ; indeq; definitur : Sacramentum est actio divinitus ordinata, in qua Deus per certa quædam visibilia signa, seu Elementa, cœlestia sua dona dispensat, promissionem & vangelij propriam de gratuita peccatorum remissione obsignat, applicat & confert omnibus, qui Sacramento per fidem utuntur.

16. Hanc definitionem enucleaturi deinceps & confirmaturi, Hypothesin generalem hanc præmittimus : Definitio Sacramenti in genere non est constituenda nisi ex ijs, quæ constituta sunt ex Inductione specierum, quæ ἀναμφίσβητως sunt propriæ dicta Sacramenta : cuiusmodi sunt Baptismus & Eucharistia. Secus disputationis hujus non erit exitus.

Ex qua Cate- 17. Genus igitur Sacramenti secimus Actionem : siquidem id defini-
goria defini- endum est vel ex Categoriam substantiæ, vel ex Categoriam Relatorum,
endum sit Sa- vel Actionis.
cramentum.

18. Non primum : quia pendet ab institutione. Quod ab institutione pendet, est in Categoriam vel Relatorum vel Actionis.

19. Nec secundum. Nam si ex Relatis definiretur, materia esset ge-
nus materiati. Signum enim est Sacramenti materia. Per signum au-
tem definunt, quæ Relatis genus sumunt.

20. Item : Tota essentia Sacramenti consideret in σχέσει illa signi
& signati mutua. At sic emitteretur quod ad Sacramenti integritatem ex prædicamento Actionis concurrit.

22. Maneb.

21. Manet itaq; Actione definiendum esse Sacramentum.

22. Omne ens, cuius esse est in $\text{v}\text{t}\text{y}\text{i}\text{v}\text{e}\text{d}\text{h}$, Actione definiendum est. Sacramentum est tale Ens. Ergo, &c.

23. Assumptum probat primo propria cuiusq; appellatio. Circumcisio, Pascha, Baptismus, Cœna Domini Actionem certè notant.

24. Secundò propria cuiusq; institutio, habens verbum Mandati; quod respicit Actionem. Gen. 17. v. 11. Exod. 12. v. 8. Matth. 23. v. 19. Matth. 26. v. 26. 27.

25. Tertio: Quicquid non est, nisi quando in usu est, ejus esse est in $\text{v}\text{t}\text{y}\text{i}\text{v}\text{e}\text{d}\text{h}$. Sacramentum non est, nisi quando in usu est: juxta vulgatum illud: Sacraenta extra usum [externum illum, in verbo mandati præscriptum] non sunt Sacraenta. Ergo, &c.

26. Ad absolvendum genus proximum addimus in definitione divinitus ordinata: quo distinguitur Sacralis actio à naturali, à politica, & Ecclesiastica illa, quæ ab homine instituitur.

27. Sacralis enim Deum auctorem habet, qui immediate illa Auctor Sacraenta instituit, Gen. 17. Exod. 12. Ioh. 1. Matth. 28. Matth. 16. Nec potest sacramenta, per quæ gratia conferatur & obsignetur, instituere, rum. nisi qui gratiam promittere & dare potest. Hoc v. potest solus Deus.

28. Vnde apparet: Circumcisionem Turcarum, quos Deus circumcidit non iussit, Sacramentum non esse.

29. Item illud: Sacramentum esse ritum statum, quem tamdiu in usu ordinario esse oporteat, quam diu manet fœdus, ad quod, ordinante Deo, pertinet. Gen. 17. Exod. 12. 1. Cor. 11. v. 26.

30. Deniq; Sacraenta nullam admittere mutationem. Nam quod Deus solus instituere potest, homo mutare nec potest, nec debet. Quod qui facit, regis cœlestis sigilla corrumpit.

31. Est autem Sacramentum non una simplex actio, sed una per aggregationem diversarum; quarum aliae ad Sacraenti substantiam pertinent, sine quibus Sacramentum non est integrum, aliae ad finem seu fructum.

32. Quæ ad substantiam pertinent, harum alia concernit d'œlip: ut Circumcidere, Agnum paschalem adornare, Baptisare, Panem & calicem Domini distribuere.

33. Vbi tamen distingendum inter ipsam d'œlip & d'œre tp ? Illa necessaria est: hic non item. In baptismo ablusio per aquam

necessaria est, sed non tria immersio. In cœna Domini distributio pa-
nis & calicis est necessaria; non vero fractio panis, aut calicis in ma-
nus bibitentium porrectio.

34. Alia concernit λεῖψη: ut edere in paschate: Edere & bibere
in cœna Domini. In circumcisione & baptismo ὄντας οὐδὲ simplex est:
circumcidi, aqua ablui.

35. Actionis, quæ δοκιμασία concernit, efficiens principalis est Deus:
ideo diximus: in qua Deus dispensat.

De ministro
Sacramento-
rum.

1. Cor. 4.

36. Dispensat autem per administras alias, quæ in N. Testamen-
to sunt ordinariæ ministri verbi, juxta illud: Sic nos existimet homo, ut
ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei.

37. Quippe ordo in Ecclesia est necessarius, ex quo consentaneum.
est, ut iidem, qui tabulas proponant, etiam sigilla earum addant. Sic-
uti & Christus eosdem iussit docere omnes gentes & baptizare.

Aetor. 18. 38. Dico autem ordinariæ; quia extraordinariæ, in Necesitatis
articulo, etiam Laicis & mulieribus, quæ alias in Ecclesia tacere in-
Hieron. cont. bentur, permisum est Sacramentum administrare & docere: quomo-
Lucifer. Au- do Aquila & Priscilla Apollinem instruxerunt: Zephora filium cir-
gust. ad For- cumcidit. Necesitatis casum Ecclesia semper exceptit, aicunt Pa-
tunat, & lib. tres.

2. cont. Epist. 39. Porro de Sacramenti ministro duo queruntur. Primum: An
Parmen. Sacramentum bonum & efficax à ministro, sive in moribus, sive in fi-
e. 13. de, malo administretur.

40. Negarunt Donatistæ & Luciferiani: illos refutavit Augu-
stinus, hosce Hieronymus. Nam cum in Sacramenti administratione
nihil sit ministri, præter externum ministerium (Ioh. 1. 1. Cor. 3.)
cujus auctoritas à ministro improbo retineri etiam possit (Matth. 23.
v. 3:) ministri improbitas Sacramenti efficaciam: quæ à solo Deo o-
ritur, præpedire qui possit?

41. Non refert multum, inquit Augustinus, utrum aqua ad areo-
las irrigandas per canalem lapideum, an per argenteum transeat
Item: Baptismus est talis, qualis est ille, in cuius potestate datur, non
qualis est ille, per cuius ministerium datur.

De Intentio. 42. Secundum: An Sacramentum sit efficax, si minister non adhi-
ne ministri. beat intentionem faciendi id, quod facit Ecclesia; sive in Actu, sive in
Virtute. Pontificii negant.

Atqui

43. Atqui cum efficax sit verbum illorum, qui prædicationem ejus intentione non recta suscipiunt (Phil. 1.) Sacramentum etiam, quod visibile verbum Augustino scilicet dictum, efficax fuerit, quicquid intendat minister impius.

44. Aut quæ certitudo illa erit, qua de gratia Dei certos nos reddere debet Sacramentum, si de ipso Sacramento certi esse non possumus? Non possumus autem certi esse, si ab Intentione Ministri mentali, quam Thomas vocat, Sacramenti efficacia pendet.

45. Ita ergo ob unius culpam (quo argumento Bellarminus de ministri improbitate differit) punietur alter: præsertim cum auctori c. 26. lib. 1. de tas Sacramenti non detur in utilitatem habentis, sed aliorum. Melius Sacr. in gen. Chrysostomus: Sacerdos linguam & manum præbet. Neque enim justum est, propter alterius malitiam ad salutem nostram accedentes offendit.

46. Adde: Si verbum Sacramentale [quod Bellarminus conce-
dit] quaeunque intentione prolatum, ad excitandam fidem efficax est, et l. 1. de Sacr. iam ad alios Sacramentales effectus producendos efficax fuerit. ^{§Nimis} in gen. c. 28. enim falsum est, quod, ut neget hoc, Bellarminus dicit, ad fidem exci-
tandam nullam requiri efficientiam, sed sufficere solet significationem Longè aliud docet Paulus Phil. 1. v. 29. Thes. 3. v. 2. 3.

47. Hactenus de Sacramenti causa efficiente Principali & Mini-
striali, sequitur de materiali.

48. Materia Sacramenti illud est, quod externa Sacramenti actio. De materia
ne tractatur, nempe signa, de quibus in definitione diximus. ^{Sacramento}

49. Definit signum Augustinus, Rem præter speciem, quam ingerit rum.
sensibus, aliquid aliud ex se facientem venire in cogitationem.

50. Specialius definitur: signum sacramentale est signum, quo
promissio Dei de iustitia Evangelii obsignatur, & quo mediante, Deus
cœlestia sua dona dispensat. Ratione prioris officii vocabulo speciali dici-
tur signaculum, σημαντίζει; ratione posterioris symbolum, seu signum ex-
hibitivum.

51. Quatuor autem in signis Sacramentalibus consideranda sunt:
1. Ex qua categoria absolute sint desumpta: sunt enim relata secun-
dum dici. 2. Quod sit correlatum. 3. Quæ sit Relatio. 4. Quod sit Re-
lationis fundamentum.

52. De primo: Sacramentalia, signa, quo ad id, quod sunt primò,
res.



res substantiales & corporales sunt : Præputium, Agnus, Aqua, Panis & Vinum. Vnde Visibilia dicuntur, & Elementa.

53. Ita enim Deus, qui in omnibus naturæ nostræ rationem habet, & in forma hominis ad homines venit, loquiturq[ue] in Sacramentis etiam nobis, qui corpore & spiritu constamus, per organa corporalia res spirituales subministrare voluit.

54. Incorporeus si esses, ait Chrysostomus, nuda & incorporea tibi dedisset dona, sed quoniam anima corpori inserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet.

55. Ut nihil moremur Suencofeldii somnium, negantis Deum per terrena cœlestia elargiri : sed scripturam sequamur. Ioh. 3. Ioh. 20. 1. Cor. 10. Rom. 1. Tit. 3. 1. Pet. 3.

56. De secundo : Correlatum signi sacramentalis, in quantum est signaculum, est Promissio : in quantum est Symbolum, est Gratia Dei, Iustitia, Peccatorum remissio, &c. De Spiritu S. in baptismo, & de corpore ac sanguine Christi locus dicendi hic non est : quod ista speciale Sacramentorum doctrinam attineant.

57. De tertio. Relatio inter signum sacramentale & correlatum est tum obsignatio, tum collatio : illud, quatenus est σφαγία : hoc, quatenus est symbolum. Id quod tamèn non de actu, qui aliquando impecditur, sed de aptitudine accipiendum est.

58. De quarto : Relationis hujus fundamentum est Ordinatio Dei, ex qua Sacramentalia signa ordinem illum, quo obsignare & conferre debent, acceperunt ; quem ex natura sua, quâ indeterminata sunt, non habebant.

De analogia sacramentali 59. Et potuissest Deus ordinatione sua talia sancire signa, quæ nullam prorsus ἀναλογίαν cum correlato haberent : quam tamen Deum respxisse intelligimus, dum Christus corporis manducandi symbolum fecit panem, non vinum ; sanguinis manducandi vinum, non panem.

60. Non tamen ideo, ut ad significandum & figurandum solummodo essent evidentiora, sed ut ordinatoria essent exhibitionis symbola.

1. Fp. 3. 61. Illud enim manifeste castigat Petrus : Quæ [aqua] inquiens, etiam nos nunc salvos facit, Baptismus, qui figuræ illi respondet : qui non est depositio cordum carnis, sed stipulatio bona conscientia erga Deum.

Item



62. Item Paulus : Siquis, dicens, esurit, domi manducet. At qui figuratio erat futura illustrior, si quemadmodum panis Eucharisticus esuriei corporis mederetur, ita per illum corpus Dominicum spirituali mederi intelligeretur.

63. Verum ista significandi ratio ad Testamentum vetus pertinet, in quo agni paschalis comedio aptius, ac panis comedio, man- dationem corporis Christi representabat.

64. Porro ordinatio illa Dei continetur in verbo promissionis [Gen. 17. v. 10. Rom. 4. Exod. 12. v. 13. 1. Cor. 5. Matth. 28.] De verbo v. 19. Gal. 4. 1. Pet. 3. 1. Cor. 10. v. 16. 1. Cor. 11. v. 24. Et 25.) quod signo annexum ipsum ad hunc usum, quem in Sacra- mento obtinet, determinat; juxta illud Augustini: Accedat verbum ad Elementum Et fit Sacramentum.

65. Unde Et verbum Forma Sacramenti appellari conservavit; quod in Sacramenti celebratione retinendum esse, clare docet Pau- lus, de Baptismo dicens, Christum mundare Ecclesiam suam lava- cro aquæ in verbo; Et de Eucharistia: Calix benedictionis, cui be- nedicimus, nonne, Et c.

66. Proinde ne ejus mutatio aliqua est admittenda; maxime substantialis, quæ in verborum sensu consistit, quo pereunte verbi substantialis integritas perit. Ut si litera mutata dicatur: Bapti- zo te in nomine Matris.

67. Altera est accidentalis, quæ cavenda est: si tamen admissa est, Sacramenti integrati nihil decedit; qua verbis, vel per ad- ditionem, vel detractionem, vel transpositionem mutatis, sensus tamen idem manet, qui erat in non mutatis.

68. Quod inde estimandum, si audientes intelligent Et judi- cent illud significari, quod pleno verbo significari solet.

69. Quamobrem Et lingua populari enunciandum est, ut Sa- cramento usurps planissime intelligat, quid accipiat, quem ad usum accipiat, Et quod vere hoc, quod volebat, accipiat.

70. Quo tamē modo verborum pronunciationi in sece vim ali- quam non tribuimus, sed hoc tantum dicimus, Deum ex institutio- ne velle efficacem esse per Elementa, sed quæ verbum hoc acce- pient. De quo Augustinus: Detrahe verbum, quid est aqua nisi a- qua?

De Sacramē. 71. Huc pertinet quæstio de Sacramentalibus prædicationibus, talibus præ-nutrītū sine propriæ, an vero affectæ Sacramentali metonymia, dictionibus, quam Calviniani appellant, qua rei signata nomen tribuatur signo Sacramentāi.

72. Calviniani proferunt hasce enunciationes, quas ejusmodi metonymia tintas ajunt: 1. Circumcisio est sacerdos. 2. Agnus est phasē. 3. Baptismus est lavacrum regenerationis: 4. Panis est corpus meum; 5. Hic calix est novum Testamentum in sanguine meo. 6. Panis est communicatio corporis Christi.

73. Atque hæ partim sunt ἄγραφοι: ut secunda & quarta: partim sunt propria: ut prima & tertia: reliquæ verò si tropo affectæ sunt, non tamen is est Calvinianorum Sacramentalis metonymia: cuius exempla vix invenies, nisi forte quando mysterium alicujus somni vel visionis est explicatum: ubi mysterium antecedit, explicatio sequitur, & sequi plerūq. indicatur.

74. Addimus in Definitione: per signa certa, b. e. quæ a Deo instituta sunt. Alia enim si quis adhibeat, unde planum faciet, Deum per ista gratiam suam conferre, quæ ipse non instituit?

75. Hucusq. de genere & materia Sacramenti, sequitur de differentia specifica.

76. Hæc petitur à fine. Omnis enim instituti & actionis ratio formalis pendet à fine ejus.

77. Finis Sacramenti alius est ēv, alius ē: uterq; in definitione est expressus.

78. Finis ēv. alius est principalis, alius secundarius. Ex principali Sacramentum definitivus, eoq; dupli, obsignatione scilicet, & applicatione seu collatione: qui etiam Sacramenti effectus sunt, quatenus à Deo per Sacramentum producuntur. Deus enim est causa principalis, instrumentalis Sacramentum.

79. Materiam obsignationis in definitione posuimus promissiōnem, Evangelij propriam, de gratuita peccatorum remissione. Materia collationis est ipsa gratia, peccatorū remissio, iustitia & salu-

Quod Sacra- 80. Ceterum de obsignatione cum Iesuitis nobis est controversia. menta obsi- Hi negant Sacramenta obsignare: quod nos astruimus rationibus gnent,

sequentibus.

81. Etenim Rom. 4. Circumcisio dicitur sigillum iustitiae fidei, obsignavit igitur: promissionem videlicet de iustitia fidei, quæ Abraham

De fine Sa-
cramenti.

Quod Sacra-
menta obsi-
gnent,

brahamo obtigerat. Correlatum enim sigilli non est propriet
loquendo res ipsa, sed rei promissio.

82. Ex quo intelligitur, sigillum quo^c Abrahamus accepit pater
credentium, pertinere ad omnes, ad quos pertinet promissio, quam
idem accepit.

83. 1. Ioh. 5. Aqua & sanguis, h. e. Baptismus & Eucharistia
dicuntur testificari, quod apud Deum simus in gratia. Ejusmodi ve-
ro testificatio est obsignatio: quod Bellarminus ipse indicat negans
Circumcisionem fuisse testificationem justitiae, in quocunq; fuerit.

84. 1. Pet. 3. Baptismus dicitur επερώτημα bonae conscientiae
erga Deum: quia salvos nos facit, ut Lutherus exponit, nō quatenq;
corps lavat, sed quatenus pactū obsignat, quod anima cū Deo habet.
Vnde Oecumenius per επερώτημα pignus & arrhabone intellexit.

85. Cui obsignationi pacti, cum homine à Deo initi, effectus ille
fiducialis επερώτημα optimè respondet: quemadmodum & si-
milis effectus tribuitur obsignationi, quod per Spir. S. obsignatur. Rom. 8.

86. Alter finis Sacramenti nobis fuit, applicare & conferre pro- De Sacramen-
tissimam gratiam. Quod verum esse evincunt scripturae testimonia torum efficac-
clariss. ma. Tit. 3. Baptismus nominatur lavacrum regenerationis & cia.
renovationis Spiritus S. Eph. 5. Dicitur Christus mundare Ecclesi-
am lavacro aquæ in verbo. Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spiritu. Act. 2. Baptizetur unusquisq; in R. peccatorum. 1. Pe. 3.
Salvos nos facit baptismus. Similis est ratio aliorū Sacramentorū.

87. Confert a. Sacramentū gratiā, non ut Deus, qui Sacramento,
teu manu, ad conferendū uitit; nec sanguis Christi, qui est causa
meritorū; sed eodem modo, quo verbum Evangelij. Verbum &
Sacramenta sunt manus benefici Dei, quib; gratia spiritus contine-
tur, quam inde accipiunt, quicunq; fidei manus excipiunt.

88. Nec tamen ita continetur, sicut oleum nardinū in alabastro, nec
ut qualitas aliqua, divinitus indita elemento, quæ absolute in eo
hæreat, si vestit ens cōpletū, si ve incompletum, per quam Sacramen-
tum, influens & agens in animam, gratiam justificationis efficiat: de
qua Scho'astici altercantur; sed cum ad modum, quē fert rei ratio.

89. Nam cum gratia illa, quam Christus peperit, consistat in im-
putatione justitiae Christi & peccatorum remissione, utrumq; vero
in relatione consistat, in Sacramentis hanc contineri intelligimus,
quatenus sunt media, per quaē efficacia Sp. S. eam vult dispensare
Deus.



Minister \mathcal{S} ymbola præbet : Spiritus S. \mathcal{E} st gratiam simul.
Vnde Paulus Baptismum vocat lavacrum regenerationis Spir-
itus sancti.

In Levit.
quest. 84.

90. Spectat hoc Augustini illud : Dominus dicit. Ego sanctifico
Aaronom & Moysi dicit : Sanctificabis eum. Quomodo ergo &
Moyses sanctificat & Dominus ? Non enim Moyses pro Domino,
sed Moyses visibilibus Sacramentis per ministerium suum , Domi-
nus autem invisibili gratia per Spiritum S. Homo aquam præbet,
Deus autem Spiritum S. scribit Hieronymus.

In cap. 4.
Esai.
l. 2. de Sacr.
in gen. c. 2.

91. Non igitur verum est, quod Bellarminus fingit , statnere
nos nuda signa , quæ mediate demum aliquid efficiant , quatenus
excitant & alunt fidem , per quam justificemur.

92. Licet enim Sacramentis fidem excitari non negemus , &
gratiam à Sacramentis effici non dicamus, affirmamus tamen, per
Sacra menta dispensari etiam illud, quod fides apprehensare debet ;
gratiam videlicet illam, per quam justificamur, mundamur, rege-
neramur ; ex quo Sacramentum quoq; nos justificare, mundare, reo-
generare dicitur ; sed ea ratione, quæ instrumento competit.

93. Porrecta manus benefici utruncq; præstat, & ut mendicus
manum suam ad accipiendum extendat , & illud, quod mendicus
accipit : ita Sacramentum & fidem excitat, qui sola gratiam ac-
cipimus , & gratiam ipsam præbet.

I. Iohann. 5.
Gen. 17.
Gal. 4.
Rom. 6.
I. Cor. 10.

94. Fines Sacramenti secundarij plures sunt ; ut, Fidem gene-
rare, augere & confirmare : Esse tesseram , qua populus Dei di-
stinguitur ab alijs : esse simulachra virtutum quarundam spiritua-
lium : esse oppigneriones quasdam , quibus homines obstringunt
se Christo, ejusq; militiæ dant nomen : & alijs.

95. Quædam etiam Sacra menta speciales suos fines habent.
Circumcisio debitorem legis faciebat : Pascha erat μνημόνιον
transitus Dei in Ægypto, parentis Israelitis : Cæna Domini in me-
moriā passionis Christi celebranda est.

96. Sequitur de fine & : qui notatur his verbis : omnibus , qui
Sacramento per fidem utuntur.

97. Nam non possunt Sacra menta nisi hominibus præberi ;
nec possunt aliis , quād credentibus fructuose conferri.

98. Illud pater ex ijs , que de finibus Sacramenti dicta sunt
modo :

modo : ut insignis sit Pontificiorum impietas , qui campanas baptismo tinxerunt .

99. Hoc probatur ex eo, quod fides sit unicum illud organon, quo recipitur & apprehenditur promissio de gratia , & gratia in promissione : ut alibi monstratur . Fide igitur qui caret, Sacramenti gratia frui non potest .

100. Quod Christus indicat : Qui crediderit, inquiens, & baptizatus fuerit, salvus erit ; qui vero non crediderit [ac si diceret, etiam si baptizetur] condemnabitur . Et Paulus : Qui indigne manducat, judicium sibi manducat .

101. Quod etiam Pontificij nunc agnoscunt, qui Scholastico De opere operum illud de opere operato ; quo intellexisse eos, Sacramentum perato. conferre gratiam ex opere operato, licet motu bono utens careat, modo obicem non ponat, ostendit Chemnitius ; lenissime explicant, Part. 2. Exa. ut dicant, nihil aliud esse, Sacramentum conferre gratiam ex opere Trid. conc. operato, quam Sacramentum conferre gratiam ex vi ipsius actionis Sacramentalis, a Deo ad hoc institutae, non ex merito agentis vel suscipientis .

102. Ita perspicuum est , Fidem ad Sacramentum non requiri ut sit, sed ut prospicit : quemadmodum eadem verbum Dei non facit esse, & tanen, ut prospicit illud, requiritur . Integritas Sacramenti ab institutione Dei pendet , cuius fidem & unitatem hominis non evacuat , teste Paulo .

103. Hinc Augustin. lib. 3. cont. Donatistas : Non interest, c. 14. cum de Sacramenti integritate & sanctitate tractatur , quid credit, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramentum . Interest quidem plurimum ad salutis viam : sed ad Sacramenti questio nem nihil interest . Fieri enim potest, ut homo habeat integrum sacramentum & perversam fidem . Et postea : Manifestum est fieri posse, ut fide non integra integrum in quoquam maneat Baptismi Sacramentum .

104. Quæ fides etiam , si absuit in susceptione Sacramenti, modo postea sequatur, sine fide quondam susceptum Sacramentum fructuosum efficere potest : Eademq; Sacramentum, quod primitus erat fructuosum, & cadente illa, desit esse fructuosum , rursum efficere potest fructuosum , si ipsa rursum exurgat .



De Necessitate
Sacra-
mentorum.

105. Nee opus est charaktere illo, quem Pontificii nugatoriē docent, esse signum spirituale, à Deo solo animæ impressum, in suscep-
tione Sacramenti initerabilis, manens indebet de lege
communi.

106. Ingenuus hic Graniel est, scribens: Patet, quod neq; au-
thoritates scripture, neq; sanctorum Patrum cogunt ponere cha-
racterem ad hanc intellectum, in quo recipitur a recentioribus Do-
ctoribus. Item: Omnia, quæ de charactere dicuntur, pro magna
parte voluntaria sunt, & fulcita modica ratione. Accinimus nos
Grabrie i: nulla: & delemus characterem illum.

107. Pendet porro à fine explicatio questionis de Sacramenti
necessitate: quæ duplex est; Una præcepti: altera indigentia,
quæ & Necessitas medijs dicitur.

108. Præcepti necessitas est, qua Deo, iubenti nos uti Sacra-
mento, ad obedientiam præstandam obligati sumus; Indigentia est,
qua Sacramentis opus habemus, ob fidei nostræ conditionem, quæ
pabulo & viatico opus habet, quam diu sumus in via ad patriam.

109. Neutra necessitas simplex est: sed utraq; laxat Neces-
sitas illa, qua exclusi, non possumus potiri Sacramento, etiamsi ve-
limus Deo morem gererere, & fidem d'ere discipi.imus: ubi valet
illud Augustini: Crede & manducasti.

110. Etiamsi enim sine fide salus contingat nemini; fides tamen
non oritur e solo Sacramento, sed etiam e verbo, sine Sacramento,
ut exemplum latronis monstrat: neq; semper ex alterutro; quod
Sacramenti necessitas absoluta nō sit, sed Deus sine Sacramento &
verbo possit per Sp. S. fidem excitare in his, qui verbi capaces non
sunt, & Sacramentum non acceperunt; ut ostendit exemplum Ba-
ptiste.

111. Hucusq; Definitionem Sacramenti expedi vimus: coroni-
dis loco de adjunctis cæmonijs Sacramentalibus aliquid addimus.
quæ in Institutione mandatum non habent.

112. Harum aliae habent testimonia & exempla scripture,
quod à prima Apostolorum Ecclesia fuerint observatae: cuiusmodi
sunt explicationes doctrinae Sacramentorum, exhortationes, pre-
ces, gratiarum actiones, quæ ad Sacramentorum usum faciunt, &
circumstantijs peculiaribus circumscrip-ae sunt. Haec diligenter
sunt retinenda.

113.



103. Aliæ postea à viris Ecclesiasticis sunt additæ : quæ retineri possunt & debent, liberè tamen, si Scripturæ consentientes sint, si Sacramenterum doctrinam adjuvent, & superstitione contaminatae non sint ; si deniq; ordinis Ecclesiastico inservire & ad plebis ædificationem momentum aliquod habere conspiciantur.

104. Itaq; & modicæ sint ; ne multitudine non necessariorum rituum, quod necessarium est in Sacramento obruatur, & vilescat sacramenti dignitas, si animi obhærescant in istiusmodi rebus.

105. Sin vero ad ædificationem non faciant, aut ubi fecerint à salutari usu in abusum & superstitionem degenerent, corrigi, mutari, & abrogari possunt & debent : non tamen à quovis, nec tumultuose, sed decenter, prudenter, ordine, & prout ratio ædificationis postulat.

106. Hisce enim in rebus libertas nobis est data, quam nobis excuti traditionibus hominum ne patiamur, monet Paulus.

107. Itaq; ejusmodi ceremonias Ecclesiasticas non quidem negligamus, nec tamen sub opinione necessitatis observemus : sed ita observemus, ut Ecclesiam has abrogare, alias instituere posse credamus, quas, si instituat, servare velimus, ut ordine fiant omnia.

Hæc de Sacramentis in genere.

F I N I S,



ist und schien mit Leidet und Kummer
verwandelt zu sein. Und er und seine Freunde
und Geschäftsfreunde waren traurig und
wollten die Sache nicht hören, und es passierte, daß sie von dem
Vorfall sehr aufgeregten und verängstigten wurden, und
es schien ihnen, daß Gott sie allein und nichts zu tun
hatte. Und so entstand eine gewisse Angst vor Gott unter
den Menschen, und manche lebten in Angst und Schrecken, und
die Menschen, die Gott liebten, und Gott fürchteten, hielten sich
auf der Erde und waren sehr besorgt, ob Gott sie nicht
zu den Menschen, die Gott liebten, und Gott fürchteten, hielten sich
auf der Erde und waren sehr besorgt, ob Gott sie nicht

zuden stellte, nachdem sie sich auf der Erde auf
gehalten hatten, und ob sie nun nicht wieder auf der Erde
wiederhergestellt werden würden. Und so entstand eine
große Angst unter den Menschen, und sie fürchteten, daß Gott sie
nicht wiederherstellen würde, und sie fürchteten, daß Gott sie nicht wiederherstellen würde.

Hier ist Geschichte in lateinischer Sprache

2. 1. 1. 1.



HISTORIA
ECCLESIASTICAE
EX LIBRIS F. H. M. L. H.

Thes de anima statu post mortem.

Thes de Ecclesia triumphantib.

De sanctis religio et inservit eius cultus catervis et spectantibus.
Item: Theol: de sacramentis in gre.

De notitiis Dei et voluntatis ipsius humanis ac non insitis et disciplinâ expositis, D. Hofmanni.

Thes: de justificatione hominis peccatoris coram Deo D. RUGII.

~~Thes:~~ Prop: de justificatione gta facianos f. FERINARI.

Assert: Theol: De justificatione hominis coram Deo, Polyc: LYSERI.

Prop: repetentes summa trae de justitia fidei & boni opib, M. Fleischer, M. Bergii

De Ecclesia triumphantib in caelis disputationes 2, quae una de sanctis in vita altera
in beatitudine agit M. Volekneri, altera de sanctis cultu agit M. Gameri.

Disp: de Providentia dei Wolfi.

Disp: 1. de Turca ex c. 38 & 39 Ezech: in quâ explicant ist. 3.

1. qd sit gog Magog, Vital, Muscovia 2. qd p. rei vocab: Turca significat
3. qd Turca sunt flagella quo Dei castigat Ecclesiam. D. Salomon GESNERI.

Disp: altera de Turca, q. c. 38 & 39 Ezech: tota in refutando dicitur cap: p. p. q. GESNERI.

Disp: 2. de Turca, in qua tractat 1. de tempore ultima iussionis Turcarum in Ecclesiam. 2. de populo ad
locum ubi ista essent. 3. Quas ob causas Turca Christianis iniungit. 4. Causa ratione sit repri-
mend. 5. Quo pacto vel qd armis tandem Mahometistarum fidei sint delendi, qd: GESNERI.

Propos: de Ecclesia HURNII.

Thes: de Predestinatione D. FREDERI.

Thes: de reali communione idiomatum ac p. sonâ tri, M. Berndes.

Thes: de Baptismo capite papie D. RUGII.

Thes: de Sacramentis in gre GESNERI.

Item: Theologia de reali corporis Christi in cena mandatione & dictib sacrificiis D. GESNERI.

Item: Theol: de communione idiomata reali testu gru, D. GESNERI



Farbkarte #13

B.I.G.
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres



Trino uno aspirante;
THEMATA THEOLOGICA
H A E C
DE SACRAMENTIS
in genere.

CONTRA PONTIFICIOS
& Calvinanos proponit

Ad disputationem XXVIII. in Collegio Studiosorum
Theologiae privato.

M. IOHANNES SCHRODERUS Treisensis Hassus.
Respondente

M. PAULO MOCHIO VVitebergensi.



VVITEBERGAE,
Literis VVolfgangi Meisneri.

ANNO CLX. I. IVC.

28.

28